e. ¶ De cetero. extenditur g ad futura. de h. ñ. e. licet canō.
d. ¶ formam. ſ. e. quia ꝓpter. c. ¶ Perſonas. in plurali
dixit. ut ꝯprehenderet electum ⁊ eligentes. ſ. e. vt circa.
f. ¶ Singulariter. ⁊ clare p h ſatis ſolutā reputo q̄onē
quam oliꝫ formabāt
guil. ⁊ gar. i dec. ut
circa. ſ. e. an. ſ. ſuffici
at opponenti dicere.
oppono homicidium
p iurium ⁊ ſimoniaꝫ
⁊ dico p hanc lrām
ꝙ non ad quid enim
in ꝓcuratorio ſic ſin-
gulariē ⁊ clare fieri
deberet expreſſio. ſi i
appellacione ad idem
fieri non deberet. ⁊ d
hoc dixi in ipſa dē vt
circa in glo. quo g.
g. ¶ Speciale. nota
ꝙ non tantum valet
genus quo ad ſpēm
quantum ſpecies. de
h vide xxij. di. q̄ꝙ. ſ
de of. or. ſi ſacerdos. b
¶ Mandatum. non
credo ꝙ in caſu iſto lo
cum habeat dec. illa
j. de ꝓcur. qui ad agē
dum. quia caſus iſte
eſt ſpecialis in q̄ ſem
per reqr̄it expreſſio
idem credo in mīnimo
mo ōhēxo ut. c. t. e. ut
i. ¶ Eoꝝ animas. be
nedic. alias eñ non
ꝓuideretur malicie.

ꝓcurator exiſtit ꝙ ipi
credunt expſſa huius
modi vera eſſe. et ſe
poſſe ꝓbare. ¶ Jtem

S I confirmacio-
nem electionis
ꝓpter debitā iuris ſo
lemnitatem in cōfir
macione ip̄a omiſſam
vel ex eo quia q̄ cōfir
mauit ꝯfirmandi nō
habuit poteſtateꝫ caſ
ſari ſeu caſſam et irri
tam nunciari ꝯtigerit
non ꝓpter h p̄cedens
electō ſi ſit alias cano-
nica intelligitur infir
mari. ¶ Jtem.

Q Uia ſepe ꝯtigit
ꝙ cathedralibꝰ

poſſ eñ eſſe ꝙ ꝓcuratōr. credit eā vera eſſe que nō credit
d ñs. ꝓcurator g iurat in animam dñi. non in propriam.
Super hoc dic ut. xxij. di. tibi domino. ⁊ de iur. calū. in p
tractandis. De ſacro autem calumnie dicam. j. de iur. calū.
c. ij. ij. ſin. k. ¶ Eſſe repere credunt.

S I confirmacionem. caſſata ꝯfirmacione vel caſſa nū
ciata ꝓpter defectum iuriſdictionis. vel ſolemnitateꝫ
omiſſam non ꝓpter hoc electio caſſata dicitur et ꝓbabat
quod h dicitur. ſ. de pb. cum iam dudum maxime per inte-
gram. quia ibi ꝯfirmatus fuit electus. ⁊ caſſata confirma-
cio ꝓpter iuris ordinem nō ſeruatum. ⁊ iterum papa de
electione mandat inquiri p dec. ſ. de re. iudi. ad ꝓbandum
vbi caſſata eſt ꝯfirmacō ꝓpter defectum iuriſdictiōis. iterū
de electione queritur. f. ¶ Electionis. ſi autem caſſaretur
electō ſeruandum eſt qd̄ dicitur. ſ. e. q̄ꝙ. ⁊. e. ſi electō. n.
¶ Juris ſolemnitatem. ſ. e. q̄uis. ⁊. j. e. ꝓuida. ℥. cetū ⁊
j. e. c. vl. Johannes andree. o. ¶ Poteſtatem puta quia
alias non erat iudex. vel legitime appellatū erat ab ipſo
vel papa inhibuerat. j. de ap. non ſolum. vel erat exomum
catus publice iudex de re. iudi. ad ꝓbandum vel ante cōfir-
macionem eſeruauerat papa epatum. j. e. ſi eo tēpore. vel

hiis ſimilia et ꝓpter hoc non valuit ipſo iure confirma
cio.p. Propter hoc ꝓpter caſſacionem.ſ.ↄfirmacionis
q. Canonica. ex pſonis et forma.ſ.e quia ꝓpter et. c.cū
in cunctis.d Infirmari immo iterū petitur euiſdem electō
nis ↄfirmacio coram debito iudice et ſuabitur debitus or
do et ſic nota ex hac
decre.ꝙ principale nō
ſequitur naturam ac
ceſſorij licet acceſſo
rium ſequatur princi
palis naturam.j.de
offi.del.ſi ſup gracia
et de re.iur.acceſſori
um cum ſuis ↄco2.ſ
quod dices ꝑut appa
ret ex decre.ſi iudex
caſſat ↄfirmacionem
vicio electionis clarū
eſt ſi ꝓpter ſolemnita
tem omiſſam et hoc
eſt clarum vt h q̄d
in dubio ſatis videt
dicendum debere in
ſpicī quid opponeba
tur et ſi ꝯ electionem
erant obiecta dicatur
facta caſſacio vicio e
lectionis ſi de ſolem
nitate omiſſa tūc lo
cum habet h decre.in
dubio dicatur vicio
ſolēnitatis facta caſſa
cio confirmacōis ad
hoc.ff.de ſuſpec.tu.h
enim.§.i.et facit q̄d
ibi no.ad idem.ff.de
excep.rei iudi.ſi ex te
ſtamento.ff.de penis
ſi preſens ⁊.j.de re.iur.in penis ⁊ facit quod no.i.di.c.i.
et de ↄſti.ex litteris Conſulite tamen facit iudex ſi exprimit
ad inſtar eius qui remittitur de exercitu.ff.de hiis q̄ no.
infa.l.i.et.ij.et facit ad hoc quod no.moderni.ſ.e.ſup eo
et h vera dicantur quia iudex caſſat ↄfirmacionem tantum
ſecus ſi ↄfirmacionem et electionem quia tunc nō eſt dubi
tabilis h queſtio

Quia ſi vacante cathedrali regulari vel collegiata eccleſia ſingulares pſone capitu
li vel ↄuentus occupant bona a prelato dimiſſa vel vaca
cionis tempore obueniencia donec plene reſtituant ab of
ficio et quibuſcumq; beneficijs ſunt ſuſpenſi nō ob.priui
legijs ↄſuetudinibus vel ſtatutis quacumq; firmitate val
latis ⁊ aduerte quia decre.iſta non principaliter facit ad
titulum ſed quia vacante eccleſia cum immineat electio faci
enda.ſi canonici videant bona vacantis dignitatis ſibi d
beri difficultates ingerunt et tardius eligunt ideo hoc ꝓ
uidit et ſic eciam electioni faciende ꝓuidit.idem dico de de
cre.ſ.e.ſciant ⁊.e.generali et facit.ſ.e.vbi periculum.§.pu
niens.s Sepe debuit igitur ius ſup hoc ꝓuidere.ff.de le
gi.nam ad ea.j.de teſti.ſpol.frequens cum ſi.et eſt ſi.j.de
preben.quia ſepe et de hoc de deſpon.impu.litteras i glo

et regularibus ac col
legiatis eccleſijs va
cantibus capitula cō
uentus collegia et ſin
gulares earundem p
ſone bona a prelatis
ipſarum dimiſſa. vel
vacacionis tempe ob
ueniencia que in vtili
tatem dictarum eccle
ſiarum expendi vel fu
turis deberent ſucceſ
ſoribus fideliter reſer
uari occupant inter ſe
diuidunt ſurripiūt di
lapidant diſſipant et
conſumunt in earū
graue diſpendium et
iacturam nos ipſorū
auſus reprimē ac ip
ſarum indemnitati
bus precauere volen
tes decernimus vt hij
qui pmiſſa decetero
preſumpſerint eoip
ſo ſint et tamdiu ma
neant ab officio ⁊ be
neficijs quibuſcūq;
ſuſpenſi donec plene
reſtituerint quicq̄d
de bonis perceperint
ſupradictis nō obſtā
tibus quibuſlibet p
uilegijs vel indulgen
cijs aut contrarijs cō
ſuetudinibus vel ſtatu
tis iuramento confir
macione ſedis apoſto
lice aut alia quacum
q; firmitate vallatis.

ſa penul.e. Collegiatis in alijs non habet locum h de
cre.ſed illa.j.de offi.or.pñti ⁊ que dicuntur collegiate ec
cleſie dixi.ſ.e.ſtatutum.ii. Vacantibus principali pre
lato per eius mortem viduate dicuntur.ſ.e.ne p defectū
etc.quia ꝓpter.z Earundem nota ꝙ ad extraneos ⁊ q̄
ſunt de collegio non
extenditur hec ↄſtitu
cio vt hic vides.ꝑ
Dimiſſa de quibus
an teſtari potuiſſent.
dicam.j.de of.or.pre
ſenti.a Expendi.ut.
ſ.e.cupientes ⁊ de
off.or.preſenti.§.por
ro.b Reſeruari.ixx
v.di q̄m quidam.xij.
q.ij.non liceat ⁊.c.
iſtud ⁊ fiet hec reſer
uacio p iconomum ſi
eum habeat vt in p
dictis iuribus vel per
viſitatorē eccleſie ſi
quem habet.ſ.e.is
cui ⁊ de ſup.ne.p.ec
cleſie ⁊ ſuper hoc ad
de quod no.jo.i pre
dicto.c.iſtud xij.q.ij.
ſed pone vacante ſede.
certum eſt ꝙ capitu
lum ſuccedit in iuriſ
dictione.ſ.de ma.⁊
obe.cum olim ⁊.j.e.
ti.c.vno ⁊ de inſti.c
ij.niſi eſſet datus viſi
tator a papa.j.e.is
cui racione iſtius iu
riſdictionis aliqua ꝓ
u eniunt puta ex con
demnacione vel ſigillo vel huiuſmodi nunquid in hijs lo
cum habet decre.puto ꝙ non quia ex quo competit eis iur
dictio ergo ⁊ omnis iuriſdictionis fructus qui acceſſorius
eſt de re.iur.acceſſorium cum ſuis ↄco2.⁊ h forte voluit
dicere illud relatiuum que inuiſi.ꝛc. Archidyaconꝰ con
tra quod eſt hodie approbatum per clemen.c.ſi.ſtatutum ⁊
ibi vide in glo.h.patet e Cap.eccleſiarū cathedralium
regularium ⁊ collegiatarū.d. Maneant quia nō dimit
titur peccatum niſi reſtituatur ablatum.j.de re.iur.peccatū
cum ſuis ↄco2.d Officio ꝓuidebitur autem ꝙ de fructi
bus ipſorū officiatur eccleſia.ſ.e.cum ex eo.§.porro ⁊.ſ.
de ap.ꝓuenit.c. Beneficijs quibuſcumq; aliud in caſu
ſ.e.cupientes.§.ceterū ⁊.ſ.e.ſi ↄ pmiſſarum.§.penulti.⁊
vlti.ſi queratur que eſt racio quare ibi ſolum a beneficijs
ipſius eccleſie ſuſpenſus eſt hic vero ab omnibus que eci
am extra illam eccleſiam habet.breuis eſt ſolucio ꝙ hic
ab officio ſuſpenſus eſt ibi vero nō cum ergo ab officio ſu
ſpenſus ſit ⁊ ab omnibus beneficijs dicitur eē ſuſpenſus
lxxxi.di.eos de cle.ex.mi.latores ⁊ grauior pena bene de
buit h apponi cum poſſit ſtatim ſibi ꝓuidere reſtituendo.
ibi ſuſpenſus eſt vſq; ad triennium.f Donec.ipſis igit

que omnia quo ad h
auctoritate apoſtoli
ca reuocamus caſſa
mus et irritamus ac
nullius deinceps eſſe
volumus firmitatis
Item
Conſtitucio feli
cis recordacōnis
gregorij pape prede
ceſſoris noſtri edita
in concilio lugdunēſi
formam exprimens ſe
cundū quam ab hijs
qui electionibus po
ſtulacionibus ac pro
uiſionibus ſe opponūt
debeat appellari locū
ſibi non vendicat ni
ſi ſolum cum īcis ex

reſtituentibus ipſo iure ſine alia ſentencia reſtituerunt ut
no. jo. lxxxi. di. ſi quis xvi. q. vij. ſi quis deinceps et. h. ſ. de
matrimo. gā. g. interdic. ec. de muliere. g Plene. eciam
vſq ad ciuium iij. q. i. reintegranda. h Reſtituerint. non
credo h caucionem ſufficere iam enim hoc ſuiſſ expreſſum
ſicut. j. de vſur. c. ij.
ad hoc. ſ. de decre. ad
audienciam ſic eciā
excommunicato p ma
nifeſta offenſa vel cō
tumacia non ſufficit
cauere. j. de ſen. ex. ve
nerabilibus. i Cō
ſuetudinibus. multū
vigebant hec cōſuetu
dines in partib' gal
licanis et p hāc decē.
et. ſ. e. cum non dece
at potes exemplifica
re id quod dicitur. ſ.
e. li. de cōſti. c. i. ut ibi
dixi. k. Firmitate
puta confirmacione
inferioris a papa vel
appoſicionis pene vel
hijs ſimilibus. l.
Omnia. indulgencia
as priuilegia vel ſta
tutam alijs autē ec
cleſijs nō ſunt reuo
cata predicta ſeruari
tamen debet qd dica
tur. j. de of. or. preſen
ti. g. porro et ideo ſta
tim ſequit quo ad h
Conſtitucō de
clarat decre. ut
circa dicens q ſolum
in extraiudicialibus appellacionibus locū habet habuit
ortum h decre. ex hijs que no. guil. ſ. e. ut circa i glo. ne.
ergo et gar. ibidem in glo. ſed nunquid ubi dicebant cōtrari
um eius quod h dicitur. ſ. q vtrobiq decre. illa locum ha
bebat allegabant decre. ſ. e. cōſuis et generalem racionem
decē. ſcilicet vt via malicijs precludantur ſed magis habe
mus parata remedia in iudicio q extra iudicium et ideo
maior fuit extra iudicium adhibenda cautela et decē. cōſuis
in alio caſu loquitur. n Conſtitucio. ſ. e. ut circa alias cō
ſtitucō al' cōſtitutum. o Negocijs electionū poſtulacio
num aut prouiſionum. p Anteriora. de ap. ut debitus et
j. e. ti. cordi et. ſ. e. c. i. cum mille ſi. q. Eā conſtitucionē
vt circa. r. Immutata. nota correctionem iurium euitan
dam. ſ. e. cum expediat cum ſuis concordancijs
I Si cui et libera. nota ar. q prelatus habet liberam
et generalem et hoc no. jo. v. q. iij. c. vl. in ſi. magne
glo. alibi notat cōtrarium xij. q. i. c. vl. p pma pte facit vij. q
i. c. i. xvi. q. i. et temporis xxi. q. i. relacio. et. ſ. e. cum nobis
olim in fine ſiue dicantur habere liberam et generalem ſi
ue generalem et nō liberam ſiue econuerſo donare nō po
teſt niſi habeat cōſuetudo et modica de donac. cetera d.

tra iudicium appella
tur. quando vero i iu
dicio i huiuſmodi ne
gocijs appellari cōtin
git anteriora iura cū
per eam immutata nō
fuerit obſeruari opor
tet Item
Si cui procura
cio ſeu admini
ſtracio cathedralis ec
cleſie plena et libera
in ſpiritualibus et tē
poralibus a ſede ap
cui ſoli h competit eſt
commiſſa poteſt alie
nacione bonorum im
mobilium dumtaxat
excepta omnia que
iuriſdictionis epalis

Spiritualibus poſſunt ergo etiam tunc dare literas
commendaticias ad ordines. j. de temporibus ordinando
rum cum nullus. g. penultimo et puto eciam q iſte tūc ad
miniſtrator diſpenſacionem decē. cum ex eo. ſ. e. ti. facere
poſſit p hanc. decre. u Soli. preter q in caſu. j. de ſup.
ne. prela. eccleſie ca
thedrali. x Immo
bilium puto q mo
bilia et preacioſa poſſit
in caſu ſtato alienare
de hijs enim qui ſer
uando ſeruari nō poſ
ſunt nō eſt dubium
C. de admi. tu. lex que
ſi vol iuſſ papa q a
lia mobilia alienare
nō poſſ h generalit
locutus fuiſſ ſicut ſe
cit. ſ. e. c. nchil eſt in
ſi. et. ſ. de accuſa. c. ul
timo. j. e. pr. g. ſi ve
ro. aliquid enim debēt
verba expari. j. de pui
le. ſi papa. i. ſiē. in
ſi. et. ſ. de dec. ad au
dienciā. C. d cōdicil.
ſi idem ad hoc verbū
iſtud quod ſequitur
j. dūtaxat et ſic no.
ex hac decre. et ex p
dic. decē. nchil eſt. et
j. e. pr. adminiſtrato
rem eccleſie vacātis
ſiue datus a iure vel
ab homine immobi
lia alienare non poſ
ſe. a Confirmant
que ſunt iſta vides
no. ſ. e. tranſmiſſam dubitari ſolet an iſtius adminiſtrato
ris officium expiret mortuo papa et dixi cōpoſt. ſ. e. cum
nobis olim ad ſi. q non expirat ordinariam enim habet po
teſtatem ad hoc. ff. de iuriſdic. o. iudi. l. et quia et. j. de offi.
lega. c. i. Nota eciā ibi q eoipſo q papa dat adminiſtra
torem vel viſitatorem eccleſie cathedrali ſi poſtea canonici
eciam ignoranter eligant epm non tenet electio quaſi pa
pa viſitatorem dando ad ſe prouiſionem reuocauerit et ſic
dicit prnunciatum in curia ſed h nō probatur bene iure. b.
Expediti. concordat vij. q. i. pontifices et ſic mandat qd p
ſe nō pt qd dic vt. ſ. e. ſuffraganeis et. ſ. d tranſac. c. i
In dignitatibus. diuido decē. in vij. partes In pma
ponitur conſtitucionis cauſa et cōſtitucio circa perſo
nas eligentes et eligendas in monaſterijs monialium in
ſecunda ibi ſane. ponit quid iuris cum in ipſis monaſte
rijs plures fuerint electe in diſcordia p formam ſcrutinij
In tercia que incipit ibi cetera ponit quid iuris cum electe
per formā cōpromiſſi aliqua pars ſe opponit In quarta
ibi porro declarat an decē. vt circa et cupientes. ſ. e. ti. habe
ant locum in cauſis ipſarum electionum In quinta ibi poſtre
mo excommunicat aduocatos et alios vocatos p dictis

electōib9 q̄ diſcordiā ſeminauerit vel exortā nutriuerint ❡ In ſexta ibi ſupradicta fit ampliacio conſtitucionis ad ca nonicas non ꝓfeſſas ⁊ que habent ꝓpriū jn ſeptima ibi ad hoc fit quedam ꝓrtitacio et antiquoꝝ iuriū ſalua cio et pīma pars h̄ dicit monial' n̄ eligit n̄ pegerit xij· an· et fit tacite l' expſſe ꝓfeſſa nec eligit n̄ pegerit xxx·an· et fuerit expſſe ꝓfeſſa·d ❡ Que·ſ·mo naſteria·e· ❡ Diſpen dia·s̄·c·q ꝓpt·f· ❡ Affectātes·s̄·c·cupi entes·g· ❡ Duodecim q tūc pubes dicit de diſpō·iu·pubes et id eſt in viro quia ante pubertatem ad eligē dum non admittitur s̄·c·ex eo quod·h ❡ Peregerit·fic·s̄·c·cū in cunctis·j·de eta·et quali·c·vno·s̄·d of· dele·cum viceſimum·j· ❡ Tacite·idem in monaſterijs viroꝝ s̄·c·ex eo qd in fi·k ❡ Alijs profeſſis·l ❡ Prioriſſam·idem ſi alio quocumq; nomi ne vocetur ad hoc·s̄ e·auaricie ⁊·c·funda menta ꝯ· ꝓui de·m ❡ Gubernatur·de ſta tu regul·c·vno et p hanc lrām puto q i prioriſſam vel ſubꝓo riſſam clauſtralem̄ be ne poſſit aſſumi mi nor xxx·an·et de tali bus·s̄·de ſta·mo·cum ad monaſterium·o· ꝓor autem n ❡ Eli gatur eligi ꝓhibit ſ; non poſtulari ſic in epō qui infra idem tempus non eligitur·s̄·c·cum in cunctis ſed bene poſtulā tur·s̄ e·jnnotuit et puto q debeat poſtulari a papa·j·de eta·et qua·c·vno·o ❡ Triceſimum olim abbatiſſa debe bat eſſe ſexagenaria xx·q·i·iuuencula ſed nō vtebamur illo iure ſed p decre·s̄·c·cum in cunctis ꝯ· inferiora· elige batur autem que attigerat xx·annum nunc autem impo ſita eſt certa meta quam licet in abbatiſſis ſeruemus in abbatibus locum habere nego ut·j·in fi·c·p ❡ Expreſſe nota q i eligente ſufficit q ſit tacite ꝓfeſſa qd fit cum ma ior ſciens et ſponte infra annum ſuſcipit habitum ꝓfeſſo rum ⁊ triduo pſeuerat vel cum ſtat in religione vltra an num hijs modis fit tacite ꝓfeſſio et hoc veꝝ in religioni bus non mendicantib9 ꝓbatur hoc·s̄·de regl'a·ad noſtrā eo·c·ex p̄te et·j·c·ti·ꝯſtitucionem in electa requiritur expſ

exiſtūt· et que poteſt electus exequi confirmatus libere exercere ❡ Illa quippe que miſterium conſecracionis expoſcunt niſi fuerit epiſcopus per alios faciat epiſcopos expediri. ❡ Idem

Indemnitatib9 monaſterioꝝ monialium que frequenter ꝓpter electiones in diſcordia celebratas in ipſis grādia in ſpiritualib9 et temporalibus diſpēdia paciuntur occurrere deſiderabiliter affectantes. ſtatuimus vt cum in eis fuerit electio facienda nulla monialis niſi xij·annum peregerit et profeſſa fuerit tacite vel expreſſe ad eligendū cum alijs admittatur· nec in abbatiſſā aut prioriſſam vbi per p̄oriſſam monaſteriū gubernatur de cetero eligatur aliqua niſi triceſimum annū cōpleuerit et expreſſe p̄feſſa fuerit ordinem regularem ❡ Sane ſi ad electionem per formam ſcrutinij procedatur et votis in diuerſa diuiſis electiones plures in diſcordia celebrari cōtingat eā que a duabus partibus numero fuerit celebrata exceptiōe ſeu contradictiōe aut appellatione quacumq; partis alterius nō obſtante p̄ ſuperiorem prius tamen ex officiō

ſa ꝓfeſſio ut h̄ ⁊ idem p omnia in monaſterijs viroꝝ u s̄·c·nullus et·c·ex eo qd in fi·q· ❡ Sane ſecunda pars·r ❡ Diuiſis qd nō eſt nouum nec repꝛehenſibile lxiij·di· noſſe et·c·vl·viij·q·i·nec nouum·s ❡ Duabus·fi·s̄·c·ſi quādo t· ❡ Non ob· h̄ intelligo niſi opponatur id qd eligēdis votum nullum reddat ita q nō remanent due partes ar·s̄·c·ſi quando pone enim q opponatur q eligentes nō ſunt tacite vel expreſſe ꝓfeſſe l nō ſunt puberes· s̄· ꝓx·ſꝰ vel q in monaſterijs nō mendicātibus ſunt alique recepte quaꝝ nō valet recepcio·j·de ſta·mo· c·vno·ꝯ· ſane dico tales excepciones admittendas ad hoc de offi·dele·ex parte ·et facit quod dixi·s̄·c·q rundam vbi ergo de duabus ptibus conſtat nec aliquid opponitur qd illas minuat aliqua nō obſtabit excepcio ⁊ ſic intelligas hanc litteram alij ꝯ dicentes h̄ ſpecial' e in caſu nr̄o q excommunicate ſuſpē ſe ⁊ interdicte ⁊ ſimiles pſone ⁊ eligentes ſcienter indignā admittentur ⁊ cōputabuntur in numero ſed que nō ſunt profeſſe vel minores nō quia nō faciunt numerūm quidam vero dicunt excepcionem excommunicacionis bene admitti ꝯ eligentes quia excommunicacio puat voce ⁊ numero·ij·q·i·nomē ibi de numero collegaꝝ eius ſupprimere vel delere·⁊c·ſed eligens ſcienter indignam licet puetur voce nō numero ⁊ ideo nō ob·talis excepcio ſuperioris tamen officium hijs caſibus non deficiet vt ſequitur ego iam bis in iudicijs cō nabar defendere q eligentes ſcienter indignam ſuſpenſe et irregulares repellantur ⁊ votorum ſuoꝝ nō habeatur computacio ita q ſcd'm hoc electio a minori p̄te numerō poſſit valere quo enim ad illam electionem dicam illas in numero nō computandas ut videtur antiquoꝝ iuri cōtrectio ſi enim ita ſimpliciter ſtam9 numero quid dicemus ſi xij·ſunt moniales ſeptem nolunt eligere iniſtat finis termini alie quinq; eligunt quare nō valebit electio facta ab ipſis·v· ❡ Quid ſi papa interdixit vij·monialib9 ne eligant

quare nõn valebat electio facta a v ſi hoc eſt interdictũ ho
minis quare non erit in interdicto iuris nõ video jtem po
ne ꝙ aliqũe moniales elegerunt alternatiue cõditionalit
vel incerte ita ꝙ vota eoꝝ transferantur in alias·s·c·ij· di
ceremus ne voces alterius ptis licet forte ſit minoꝛ numero
non valere ex hijs et
ſimilibus racionibꝰ
videtur nõ haberi de
bere racõnem votoꝝ
illaruꝫ que elegerũt
ſcienter indignam ſꝫ
ꝙ hoc facit quia ſi n
ſit collacio in electio
nibus monialium ut
j·c·c·ſ· vt autem er
go pena puacõnis
locum in eis non ha
bet ſed hoc non eſt veꝝ
vt ibi dicam in glo·
nota ex hoc· jtem ꝙ
ad facit ſimis· c· vbi
dicitur multa ſpecia
alia ſtatuta in hijs e
lectionibus ſed id ñ
ob· quia preter iſtud
ſunt ſpãlia multa ut
infra patebit jteꝫ ob
ſtabit ꝙ lrã dicat nu
mero jtem quia ſm
hoc nichil eſſꝫ quo ad
hoc nouum in electõ
nibus monialiũ ꝙ
id erat ſtatutum·s·c
ſi quando p quod·c·
ex pdm· et ſi·et p dec·
s·c· ſcriptum inꝙtuꝫ
in illis dicitur ꝙ con
tra duplo maioꝛeꝫ p
tem numero poteſt
obici id qd votum a
nullat pbari videt
ꝙ votum nullum cõ
putetur in numero et
ſi dicimus vota tali
um cõputari in ſtoꝛoꝛ
cius vota contemptorum vnde iam in cauſis ſuccubui et
iudicio meo nõ ſolum vtilis immo et neceſſaria eſſꝫ decla
racio et idem dico circa decre· s· c· quoꝛundam vbi hoc omia
intelligantur repetita recepi quod fuat curia ꝙ in iſta de
cre et decre· quoꝛundam preciſe ſtetur numero ita ꝙ non
habeatur racio excõmunicacionis ſuſpenſionis irregulari
tatis et alioꝝ que reddunt votum nullum et audiui bon·
papam ſic in cõſiſtoꝛio dixiſſe vide in clemen·c·ti·qd circa
et qd ibi no· Quid dicemus ſi in cõcoꝛdia vel a duplo ma
ioꝛi pte ſit facta electio erit de neceſſitate ꝙ fiat pclama
cio ſm formam decre· vltime·j·c·t· ita ꝙ aliter non valeat
confirmacio Et pcedit dubitacio iſta quia exquo eo caſu
non admittitur aliqua excepcio vt hoc ad quid habet fieri
proclamacõ puto ꝙ cum illa decre· in diſtincte loqua

prout ſpectat ad ipſũ
diligenti examinacio
ne pmiſſa ſi alias in
uenta fuerit canonica
confirmetur· et cõfir
mate electe ſi abbatiſ
ſa extiterit benedictõ
impẽdatur· Si autẽ
nulla earundem electi
onum a partibus fu
erit celebrata duabꝫ·
tunc non obſtante ꝙ
ſit publicatum ſcru
tinium et ad electio
nem proceſſum poſ
ſint moniales que in
aliã vel in alias direx
erant vota ſua· licite
per conſenſuꝫ anteꝙ̃
ad actus diuertãt ex
traneos omni prauĩ
tate ceſſante ad illaꝫ
accedere que ab alijs
maioꝛem partem con
uentus numero ſiaẽ
tibus eſt electa et ſi p
acceſſum huiuſmodi
ad duas partes pue
niri poterit illis que
antea in eam conſen
ſerant computatis cõ
firmetur et benedica
tur ac ſi duas partes
ab inicio habuiſſꝫ vt
in caſu proximo eſt
premiſſum· ¶ Verũ
ſi que fuerint monia
les que poſtꝙ̃ in pre
miſſis caſibus talis
confirmata et benedi
cta extiterit ac poſſeſſi
onem ſiue adminiſtra
cionis fuerit aſſecuta
voluerint in modum
denunciacionis vel ac
cuſacionis vt a digni
tate deiceatur adepta
cõponere aliquid con
tra ipſam eis per pre
dicta cõponendi minime

tur pueterea poſſꝫ eſſe moniales illas non eſſe profeſſas
vel ñ eſſe etatis legittime et iſte ſaltem excepciones ñ poſ
ſunt negari quin admittantur cum numeꝝ diminuant ut
s· dixi· jtem forte de cõſuetudine pſcripta vel puilegio ñ
ad cõuentum ſed ad alios ſpectat eligere hac ergo cracio
ue et hoc ſciatur vel foꝛ
te tenentur eligere de
certo loco·s·de cõſue·
cum dilectus de ver·
ſi·i abbate· Jtem qo
dicemus in monaſte
rijs que p marcs re
guntur Sunt enim
quedam monaſteria
monialium que re
guntur per prioꝛem
et moniales eligunt
ſibi illum pꝛoꝛem et
multa talia monaſte
ria ſunt michi nota
habebit ne locum hoc
decre· in talibus ele
ctionibus et p pdm· c
vbi dicit ſtatuimus
vt cum in eis fuerit e
lectio facienda et per
ſi· vbi dicat in·ſ· vlti·
in pdm· in quibus li
bet mulieꝝ monaſte
rijs ꝛc· videtur ꝙ ſic
Satis credo ꝙ inꝙ̃
tum decre· iſta ſpiciat
eligentes et factuꝫ ea
rum eciam in talibꝰ
electionibus haberet
locum decre· puta ꝙ
tũc et eligentes ſint
pfeſſe ſint etatis le
gittime poſſent a ca
dere collacionem zeli
et meriti omittere et
hijs ſimilia ſed inꝙ̃
tum conſtitucio inſpi
cit electam puta ꝙ ſit
xxx· an· ꝙ adminiſtret
ante cõfirmacionem electus a maioꝛi parte et hijs ſimilia
forte in illis locum nõ habent et iudicio meo circa hoc eciã
am eſſꝫ declaracio neceſſaria· a· ¶ Officio exquo examia
re habet et ſupplere in hijs cauſis eciam de facto·s·c· cum
nobis olim et ibi de hoc·s· de poſtu· bone et xxvij· di· pꝰſ
ꝙ·b· Diligenti·s·c· nichil· et de preben· graue nimis ei
cito debet manum imponere vt xxiij· di· ſ·i·lxxviij· di· qo
eſt cito·s·c· cum nobis et·j·c·c· vlti· c· ¶ Canonica ex foꝛ
ma debita et pſona idonea vnde ſi eſſꝫ illegittime nata·s·
c· cum in cunctis de ſi· pref· p totum vel corrupta xx·q·i· ut
uenalias vel al' indigna non confirmabitur·d· Abba
tiſſa nota ꝙ prioꝛiſſe ñ benedicuntur ſed abbatiſſe et ne
gligentibus benedictionem recipere·j· annum a tempoꝛe
confirmacionis imponitur pena p concilium vien· de ſta·

regula. attendentes §. ſtatuimus. e ¶ Earundem ad quas ſu‑
ic p(ro)ceſſum p(er) viam ſcrutinij. f ¶ Proceſſum. hoc eſt contra
ſ. e. publicato ſed eſt in hoc caſu ſpeciale vt dicitur in fine
Idem in electione ſummi pontificis. ſ. e. licet de vitanda. g
¶ Diuertant. non ſic in electione pape quia eadem poſtquam di‑
uerterunt cardinales
ad alios actus poſſunt
accedere ſed hic ſecus
et poteſt eſſe ratio quia
maior conſtancia eſt in
viro quam in muliere et
quia in electione pa‑
pe requiruntur neceſ‑
ſario due partes ſed hic
non neceſſario et ad
racionem ipſius decre.
licet de vitanda in fi.
h. ¶ Extraneos. ſic
ſ. e. quia propter. et c.
cum poſt petitam et
c. quod de teſte di‑
citur ſ. de teſt. c. pre‑
terea. i ¶ Omni pra‑
uitate. vt ſimoniaca
dacione vel aliqua
paccione illicita vel
coactione vel extorſi‑
one ſi. ſ. e. quiſquis et. j.
e. pe. k ¶ Maiorem ſe‑
cus de minori. j. e. c.
§. ſi qua. l. ¶ Com‑
putatis. ille enim diſ‑
ſentire non poterunt
cum de illis eiuſdem non
ſit. m ¶ Benedicitur
ſi fuerit abbatiſſa ut
ſ. pe. §. in fine. n.
¶ Ab inicio. j. de re.

sit sublata facultas. ¶ Si vero ad illam que a maiori parte vt premittitur eſt electa noluerint alie accedere moniales vel ſi acceſſerint non tot quot cum aliis prius in eam conſencientibus faciant duas partes: tunc ſuper obiectis parte ab alterius ſi qui fuerint et ſuper aliis que in tali negocio ſunt ex officio inquirenda plene ſine ſtrepitu iudicii et figura per ſuperiorem inquiratur primitus antequam confirmetur eadem electio vel in‑

iuris ratihabicionem cum ſuis concor. o ¶ Permiſſum. ſ. con‑
tradictione excepcione vel appellacione partis alterius non
ob. premiſſa tamen diligenti inquiſicione ex officio ſuo hic
fuit permiſſum. p ¶ Talis. ſ. que ab inicio vel per acceſſum
habuit duas partes. q. ¶ Poſſeſſionem a qua alias non impe‑
ditur quis poſt confirmacionem niſi crimen cum infamia op‑
ponatur. ſ. de accuſ. accedens. a ¶ Facultas ſic. ſ. de conceſ.
preben. poſt electionem in fi. et de ap. conſtitutus in fi. et ſic
nota quod datur accio cui denegatur excepcio contra id. ff. de re.
iur. mutus §. cui damus ſed eſt ſpeciale et adde quod dixi
ſ. de re. iur. qui ad agendum. o. ¶ Alterius. ſ. minoris. c.
¶ Inquirenda. ſ. de forma electionis et perſona electa. d. ¶
Strepitu iudicii. ſic. ſ. de cauſa. olim vbi de hoc utrum
legatus vel iudex inferior poſſit committere cauſam deciden‑
dam ſine iudiciorum ſtrepitu et quid importent verba iſta
vide quod dixi. j. de heret. c. vl. e ¶ Interim hac cauſa pen‑
dente. f. ¶ Auctoritate nota nouum caſum hic et. j. §. cetera
vbi electa ante confirmacionem adminiſtrat alium habes. ſ.
e. nichil eſt alium. ſ. e. licet de vitanda lxxiij. di. in nomine ali‑
um ſecundum quoſdam in imperatore vt ſola electione adminiſtret
vt lxiij. di. legimus ¶ Libere vt. ſ. e. cum nobis olim in fi.

et. ſ. e. pe. h. ¶ Rebus ſtrictius loquitur quam. ſ. e. c. pe. i ¶
Recipiat conuentus tamen recipere poterit ſecundum diſtinctionem
ſ. ne ſe va. c. vno. et de regula. c. vl. k ¶ A minori parte adiunc‑
te decre. iſta bene determinat quid iuris quando facta eſt electio a
duplo maiori et a minori quid dices in quarto caſu cum e‑
lectiones pares voces
habebant numero
nunquid altera pote‑
rit per acceſſum ratifi‑
cari credo quod non. ac‑
cedat ad hoc quod no. ſ.
e. eccleſia veſtra. ij. ad
fi. et hoc credo pre‑
cipue iſta racione ele‑
ctio facta a minori par‑
te ad quamcumque digni‑
tatem nulla eſt ipſo
iure de religioſo quo‑
cumque. ſ. e. quorundam
et. j. ſtatim ſequitur.
Hec igitur eſt racio
quare per acceſſum ra‑
tificari non poteſt quia
quod a ſui principio ſic
nullum fuit tractu tem‑
poris non conualeſcit
j. de re. iur. non firma‑
tur cum ſuis concor. et
ſ. e. auditis hic electio
facta a media parte ed‑
am nulla eſt. ſ. e. quia
propter et c. eccleſia ve‑
ſtra. j. et. ij. ergo per acceſ‑
ſum ratificari non pote‑
rit preterea publica‑
to ſcrutinio. ſ. e. c.
publicato ſed iurium
correctio eſt vitanda

firmetur ſed interim preſentis conſtitucionis auctoritate in ſpiritualibus et temporalibus libere adminiſtret ſic tamen quod de rebus monaſterii nil penitus alienet nec aliquam in monialem recipiat quoquo modo. ¶ Si qua vero a minori parte conuentus numero nominata fuerit vel electa ex nominacione vel electione huiuſmodi quas eo ipſo quod pars minor eas fecerit vires aliquas nolumus obtinere ipſi ius aliquod quomolibet

ſ. e. cum expediat ab illo igitur iure non recedam niſi in quan‑
tum expreſſum inuenio ſed in electione facta a maiori parte
inuenio expreſſum quod augetur per acceſſum hunc igitur acceſ‑
ſum non extendam ad hoc. j. in fi. e. dicam ergo ſecundum hec minno‑
rem partem illam que non eſt maior ita quod acceſſus haberi
non poſſit. l ¶ Obtinere. ſ. e. quorundam. m. ¶ Ipſi ele‑
cte vel nominato a minori parte. n. ¶ Collacio. nota ex hic
et ſuperioribus reprobatam opinionem eorum qui dicebant. ſ.
e. quia propter in principio quod decre. illa in mulieribus locum non
habebat quibus licebat ignorare iura. ff. de iur. et fac. ig.
no. l. regula et per hanc litteram que dicit collacionem ſe li et
meritis in huiuſmodi electionibus non habere locum dicunt
quidam quod monialis eligens ſcienter indignam non eſt
priuata poteſtate eligendi quaſi priuacio ex collacione pro‑
cedat ſed certum eſt quod tempore decre. ſ. e. cum in cunctis in
electionibus non erat neceſſe collaciones fieri quia adhuc
non emanauerat decre. quia propter et tamen tunc ſine col‑
lacionibus eligentes indignos erant priuati poteſtate eli‑
gendi ergo bene infertur quod ex collacionibus priuacio non pro‑
cedat ſed ex electione vt. ſ. e. ti. propterea nam vt ibi dicitur e‑
cam ſi poſt collacionem non ſequatur electio non habet locum. pena

non queratur· nec ad
eam ab alijs p cōſen
ſum in hoc caſu vale
at acceſſus haberi·
Ut autem cū per dic-
tam formam procedi
tur ſcalus in hmōi
momalium electioni-
bus ad cōcordiam ve-
niatur· decernimus ut
non zeli ad zelum· nec
meriti ad meritū· ſed
ſolum numeri ad nu-
merum fiat collatio i
eiſdem Ceterum ſi
per formam compro-
miſſi fuerit in electiōe
proceſſū. et electe ps
aliqua ſe opponat· ſi
minor ipſius ut in for-
ma ſcrutinij ſtatuit̄ cō
firmetur electio ꝛ eidē
benedictio impendat̄·
ptis eiuſdem contra-
dictiōe vel exceptione
aut appellatione qua
libet nō obſtante· ſed
per hoc denūciandi vel
accuſandi eā poſtmo
dū ſibi via minime
ſit pcluſa· ſi maior ei9
donec d̄ obiectibus ꝛ
alijs ut in eadem for-
ma ſcrutinij premitti-
tur fuerit inquiſitum
confirmatio vel infir-
matio deferatur . ſed
interim ut prediatur
libere adminiſtret niſi
forſan pars opponen-
tium extiterit duplo
maior· tunc enim ad-
miniſtrare ipſam no
lumus· ſ3 litis euentū
potius exſpectare·
Porro ſi ī huiuſmodi
electionū negocijs cō-
tigerit in illiſ dūtaxat
caſibus in qbꝫ oppo-
ſitiones iuxta pmiſſa

o Ceterū. iij. pars. p. Compmiſſi quod ſi pcedatur p formam. ſ. e. cum dilecti. ꝛ. c. cū expediat habebit ne lo cum qd̄ h̄ dicitur vel an qd̄ dicatur in ſupiori prima parte Credo ꝙ locum habebit ptiaula h̄ quia forma illa pc9 compmiſſi eſt ꝗ ſcrutinij ut pbatur p ipſam decre. cū ex pediat dico ꝙ illa forma nō eſt forma per ſe ſed eſt quedam ſpecies forme cōpro miſſi ꝙ hoc ſit verū p batur ex eo ꝙ omnes alie forme ſublate e rant p decre. quia ꝓp ter ſi ergo illa fuiſſ p ſe forma neceſſari o eſſ; ccludere illam fuiſſe ſublatam ſed ñ fuit quia ſpecies eſt forme compmiſſi vt dixi ſicut et compro mittitur ī ad aliam certam metam. ſ. e. cum in veteri et ſicut j. e. ꝓxi. ꝗ. porro et h̄ pbat textus ipſius d̄ cre. cum expediat ibi in electionibus cōpro mitti. q Si minor ſatis credo ut dixi in prima pte idē d̄ me dia vrbm hoc dica9 minorem ptem illam que maior nō eſt vel neceſſaria eſſ; in hoc puncto declaracō vel ſtandum antiquo iu ri. r. Confirmetur aduerte quia in iſto caſu et in caſu. ſ. e ꝗ. ſane ꝛ ꝗ. ſe. nō credo ꝙ ante ꝯfirmationem miniſtrare poſſit ꝛ ē mirabile quia ſi eſt e lectus a duplo maio ri pte ergo a maiori ꝗ videtur ꝙ ante confirmationem adminiſtrare poſſit ſ. e ꝗ. ſi vero. item ſi minor ps ſe oppōit multo fortius videt ꝙ adminiſtrare poſſit ꝗ quando ſe maior ps oppōit vt infra ſequitur ſed nō mireris quia in iſtis caſibus non de fertur confirmatio ꝓpter obiecta et ideo non miniſtrabit ante confirmationem ſed in illis differtur ꝛ ideo ante cō firmationem miniſtrabit iuris pmiſſione ꝛ ꝙ h̄ ſit verū pbo quia ꝙ electus ante ꝯfirmationem adminiſtret eſt contra iur. ſ. e. qualiter et. c. noſti a quo iure antiquo dico non recedendum niſi inqntum pmiſſum inueniam in alijs ius antiquum ſeruabo vt in ſi. e. ad hoc. ſ. de tranſla. c. vl. vbi ad maiorem tranſire pmittitur ſ3 nō ad parem. a. Ut in forma. i. expōit ibi ptis eiuſdem. ꝛc. b Statui tur. ſ. quando a principio vel p acceſſum electa eſt a duplo

maiori pte. ſ. e ꝗ ſane ꝛ ꝗ. ſe. c Benedictio ſi abbatiſſa fuerit. ſ. e. ꝗ. ſane in ſi. d. Euiſdem. ſ. minoris numero. e. Non obſtante expone vt. ſ. f. Precluſa. ſ. e ꝗ. ſane g. Premittitur. ſ. e ꝗ. ſi vero. h Deferatur hec ē ergo ratio quare adminiſtrat ut. ſ. dixi. i Interim. nota pro hijs que. ſ. dixi. k. Prediatur. in dicto ꝗ. ſi vero. l. ꝙ bona nō alienet nec aliqꝗ in monachum recipiat quoquo modo. l. Euentum qui dubi9 eſt. ff. de pecul. qd̄ de betur. m. Expecta re nota electō facta p formam ſcrutinij a duplo maiori pte ꝛ electio facta p formā cō pmiſſi cui minor pars ꝯuentus ſe op pōit ſūt paria quia in eis ſtatim ſit ꝯfir matio ꝯtradictione p tis alterius vel excep cione vel appellacōe non nbſtante et poſt poſſeſſionem adeptā vtrobiqꝫ admittitur accuſatio vel denunci atio j item electio facta a maiori parte p for mam ſcrutinij et fa cta p ꝯpromiſſū cui maior ps ſe oppōit ſunt paria quia vbi qꝫ differtur cōfirma cio et interim admini ſtrat exceptis quibuſ dam caſibus ſed ele ctio p formam ſcruti nij a minori pte con uentus ꝛ facta p for mam ꝯpromiſſi cui duplo maior ps con uentus ſe oppōit nō ſunt paria ꝙ pmo nō valet ipſo iure nec ratificatur p cō ſenſum ſecundo poſſ; valere ſed nō adminiſtrat electa ſed litis euentum expectat Si queratur quare ius diuerſum ī forma ſcrutinij et forma ꝯpromiſſi ſatis patet p ſe ſol quia in ſecundo caſu omnes conſenſiſſe videntur in eo ꝙ ꝯ pmiſerunt quod non eſt in pmo p formam enim ꝯpro miſſi etiam vno ꝯdicente pcedi non potuit. ſ. e. quia ꝓpt Equa igitur fuit ratio in eis diuerſum ius ſtatuens. n. Porro. iiij. pars. o Premiſſa. quia non in electiōe q̄ per formam ſcrutinij a principio vel p acceſſum facta re peritur a duabus ptibus nec in electione que facta fuit p formam compmiſſi cui minor ps ſe oppōit. p Ad ſe. ap: nota ar. ꝓ opinione guil. duran. ꝓ decre. ut arca. non habeat locum niſi in appellationibus interpoſitis ad papā

fuerint admittēde ad ſedē ap. appellari· appellantes formam cō ſtitucionis felicis recordacionis gg· ppe predeceſſoris noſtri edite in cōſil· lugdun· ſeruare diligēci⁹ teneantur· ¶ Sed cū eas ꝓpter ſexus verecūdiam ſueq; condicionis ſtatum nō deceat nec ipſis expediat publico cetui demōſtrari· aut extra ſua monaſteria euagari· nolumus ꝙ electe vel eciam eligētes aut appellātes ſeu hee cōtra quas fuerit appellatum ad eandē ſedez perſonaliter veniant quoquo modo· ſed paratores ſufficienter inſtructos iux cōſtitucionez pie me-

morie nicolai pape tercij predeceſſoris noſtri ad ſedez ipſaz traſ mittant per eos decionum ac appellacōnum ſuarum proſecuture negocia prout iuſticia ſuadebit penam in dicta conſtitucōe contentam ipſo iure ſi hoc non fecerint incurſuri ¶ Poſtremo hij q̄s ad dirigendas in huiuſmodi electio nibus moniales caſtē deinceps contigerit euocari ab hijs prorſus abſtineant· per que inter eas ſuper faciendiſ ipſis electionibus oriri poſſit diſcordia· vł exorta nutriri· aliaſ eo ipſo excomunicacōis ſentēcie ſe nouerit ſubiacere ¶ Supradicta

ſed contrariū dixi ſequēdo gar. in ꝓ. dec. vt circa. f. ꝙ in omnibus appellacionibus locum habeat. ꝛ dico ꝙ dec. iſta ħ reſpicit· c. ſe. quod loquitur de dec. cupientes. q̄ locum nō hz niſi in appellacionibus ad papā interpoſitis. q. ¶ Formam. ſ. ꝙ exprimant omnia et ſingula que in formaz vel perſonam intendunt obicere· et ſingulariter et clare. s. c. paratores et ꝙ iurēt ſcḋm formaz ibi contentam et eſt pena ꝙ ſuper non expreſſis non audiatur niſi ex cauſa vt ibi patet. f. ¶ Lugd. s. e. vt circa e. ¶ Sed cum eas ꝙ iſte tract⁹ fuit ex glo. gar. poſita. s. c. cupientes circa pn. ſup vbo regularium· vbi dicebat gar. ꝙ ſatis credebat d mente conditoris non fuiſſe ꝙ femme irent ad curiaz· tn̄ p vba videbatur ꝙ ire tenerentur. qz in maſculino gn̄e cōprehenditur femininum. ff. de ſ. ꝟ. ſi ita. xvij. q. iij. ſi qs ſuadente· cōiuncto cum d c. d ſen. ex. mulieres. Item per iura antiq̄ i abbatiſſam electa perſonaliter ſuam electionem ꝓſequi poterat. s. d reſcrip. cum dilecta ꝛ ꝙ non fuerit illa mens conditoris probabat per dec. s. de ſen. ex. d monialibus. xviij. q. ij. perniciosam de coha bi. cleri. per totum. de ſta. mona. c. vlti ꝗ ſi. e. ¶ Verecundiam. nota meliorem condicionem mulierum. ad idem. s. de ma. mulierēs. In q̄buſdam vero deterior eſt quod dic. vt. s. de pe. ꝛ re. c. noua quedaz t. ¶ Statum. regularem. ſ. ꝛ ſic duo concurrunt. u. ¶ Deceat. ſcḋm honeſtatem. x. ¶ Expediat. ſcḋm vtilitatez. s. d vo. et vo. re. magne. p. ¶ Euagari. j. de ſta. regula. c. vno. et concor. C. de hijs qui ve. e. impe. l. ij. ꝛ ¶ Appellatur. qui venire tenebantur ſcḋm formam dec. cupientes. a. ¶ Perſonaliter. in hoc ꝗ ſolo. ſcz in pſonali aduentu locum non habz dec. cupientes. alias vero bene. b. ¶ Sufficienter. ſ. cum omnibus actis iuribus ꝛ munimentis ad cauſam ſpectantibus. s. in dec. cupientes ꝗ ꝙ ſi p. xx. c. ¶ Conſtitucionez. s. e. cupientes. d. ¶ Penam. ſcilicet ꝙ electe ſi. j. tempus debitum paratorem non miſerint ſint priuate omni iure ſibi per electionem quesito. ſi autem miſerint. ſed non cum

actis iuribus et munimentis ſufficienter inſtructis. ꝓ illis exhibendis alibi quam apud ſedez apoſtolicā niſi ex iuſta cauſa dilacionem aliquam non habebunt eligentes appellantes vel opponētes quo ad ſe a totali ſunt excluſe proſecucione proceſſus. ita ꝙ ꝓ hoc. electis nullum preiudicium generet. hec ꝛ alia habes in predicta dec. cupientes. a. ¶ Nec non fecerint. ſ. paratorem non miſerint vel non ſufficienter inſtructuz. b. ¶ Poſtremo. v. pe. c. ¶ Hij. puta religioſi viri. ſz iij. d. obeuntibus. vł conſiliarij vel aduocati vel diſcreti viri ad hoc vocati. ꝛ ꝙ dic hij dic ł hee. qz ſi religioſas vel diſcretas mulieres ad hoc vocarent ipſe tenentur hac cōſtitucione ꝛ facit qd dixi. s. ꝗ. ꝓx. s. c. generali. d. ¶ Deinceps. reſpicit enim futura. e. ¶ Nutriri. no. iſta duo paria eſſe ad idē de ꝓuł. cum ꝛ plantare. in pn̄. ¶ Subiacere. nota nouū caſuz i quo qs excōmunicatus ē ipſo iure. ꝛ crede ꝙ epi poſſunt tales abſoluere cū ppa ſibi nō reſeruauerit abſolucionē. s. d ſen. ex. nuper. ꝛ adde qd dixi. s. e. ſciant cūcti. f. ¶ Supradicta. hic vi. pars. g. ¶ Approbatis. de reli. do religionum. g ¶ P rouinciarum. ut in clementia et vide qd no. io. in q. ul. c. vl. ħ. de ma. ꝛ obe. dilecta. in. glo. p. h. ¶ Supradicatur. ſcilicz in prima parte c. i. ¶ Nequeat. ꝓpter facti impoſſibilitatem cum non ꝓficiantur neceſſe eſt ꝙ eligantur. ꝛ eligant non ꝓfeſſe. k. ¶ Ad h. vij. ꝛ vl. pe. l. ¶ In multis. vt in electione confirmanda. e. exceptione aliqua non ob. in adminiſtrando ante confirmacionem in recedendo a conſenſu poſt publicatum ſcrutinium ꝛ ſecutam electionem. et in multis alijs. m. ¶ Extitit. alias extitit. n. ¶ Firmitate. quod fauorabile ꝛ expediens ē. s. e. cum expediat.

Preſoida. C. ſi ordinarius poſt receſſum appellacōis interiecte ad curiam in cūis. electionum epatuū. non inquiſito an ꝓuiſas intervenerit. procedit confirmat vł conſecrat. predicta non tenent. ꝛ ipſe ab epiſcoporū confirmacōe et conſecracone eſt ſuſpenſus p ānū. p ¶ Lugd. s. e. ti. ꝙ ꝗus.

q. Conceſſit quia prius id per alex. iii. ꝓhibitum fue-
rat ut ibi dixi. r. Vel extra. lacior eſt ergo iſta decre. et ii
la. ſ. e. ti. q̄uis q̄ illa. ſ. e. ut circa que locum habet ſolum
in appellacionibus extra iudicium interpoſitis. ſ. e. conſti
tutis. g. Ad ſedem apoſtolicam in alijs ſecus cum cauti
non reperiatur. c.

Superiorum archie
piſcopoꝝ patriarcha
rū et ꝓmatū

u. Deferuntur. nam fruſtratorie non deferunt. ſ. e. q̄
uis licet olim ſecus ut ibi p. Partes ergo altera pars
tantum hoc non poſſ quod dic ut dixi. ſ. e. q̄uis et ſequē
cia expone eciam ut ibi expoſui. p. V ex. ij. ps. z Ab
utentes & ſic priuilegium vel conceſſionem amittere de
bueruit ut. ſ. de priuil.
uiaꝝ de ſen. ex. cū illo
rum et. c. contingit.
xi. q. iij. priuile. cū ſi.

ſiquidem nedum in
monaſterijs i quibꝫ
ſunt moniales viuen
tes ſub aliqua de reli
gionibus approbatis.
ſed et in illis eciam v
bi ſunt iuxta quarun
dam prouinciarum
conſuetudinem muli
eres que nec ſeculis re-
nunciant nec profeſſi
onem faciunt regula
rem ſed viuunt ut i
ſecularibus eccleſijs
canonici ſeculares vo
lumus per omnia ob
ſeruari eo q̄ ſupra di
citur dumtaxat excep
to ut non eligantur
nec eciam eligant nō
profeſſe cum in ipſis
eciam hic locum ſibi
nequeat vendicare p
hoc tamen earuꝫ ſta-
tum ordinem ſeu re-
gulam nolumus nec
intendimus approba
re. Ad hec licet pre
miſſa que in multis
a iur̄ communi diſcre
pare noſcuntur circa
electiones in quibuſ
libet mulierum mo-
naſterijs faciendas ex
certis cauſis raciona

bilibꝫ ſpecialiter dux
erimus ſtatuenda in
tencionis tamen no
ſtre neq̄q̄ exiſtit ut
per illa quo ad electiō
nes in alijs virorum
monaſterijs vel qui
buſuis eccleſijs cele-
brandas aliquid im
mutetur ſed iura pre
cedencia in ſua omni
no remaneant firmi
tate. Item

PRouida conſide-
racione genera
le conciliuꝫ lugdu. ſe
ſe conceſſit ut ab ap
pellacionibus in iudi
cio vel extra iudiciuꝫ
ad ſedem apoſtolicaꝫ
in electionem epiſco
porum et eorum ſu-
periorum negocijs in
teriectis. per quas ad
ſedem ipſam eadem
negocia deferuntur. p
tes nulla interueniē
te prauitate recedere
valeant antequā ipſi
ſedi appellaciones ee
dem fuerint preſenta
te. ſed inferiores iudi
ces quorum eſt appel
lacione ceſſante nego
ciorum cognicio earūd

an in hoc prauitaſ interceſſerit ante omnia diligenter inquirant et ſi eam interceſſiſſe repererint ſe non intromittant vllatenus de eiſdem ſed prefigant ipſis partibus tunc peremptorium terminum competentem quo cum actis et munimentis ſuis apoſtolico ſe cōſpectui repreſentent.

Verum cum nonnulli conceſſione huiuſmodi abutētes ſuam inquiſicione prefata obmiſſa cogniciōnem in eiſdem negocijs interponant ſic ad confirmandas electiones et conſecrandos electos temere pcedendo Nos ſuper h expreſſius prouidere volentes confirmaciones et conſecraciones huiuſmodi ac q̄ſcumq; proceſſus alios quos inquiſiciōē premiſſa non habita contigerit decetero in talibus negocijs attemptari decernim⁹ nullius penitus exiſtere firmitatis et cōfirmantes et conſecrātes eoſdē vt in eo in q̄ peccauerit puniant̄.

a. Prefato. ſcilicet an in illo receſſu interuenerit prauitas nec ne. b. Negocijs. ſcilicet electionum epiſcopoꝝ et ſuorum ſuperiorum. c. Expreſſius hoc dicit ex eo ꝙ ſatis erant nulla que per illos fiebant per ipſam decre. ꝙ uis quia ſatis eſt legiſlatorem aliquid prohibuiſſe et ſi non adiciat quod cō tra factum fuerit non valere. C. de leg. nō dubium et expreſſi⁹ eciam ꝓpter penam quam addit. c. Conſecrationes cō ſecracionem enim p̄ cedere debet cōfirma cio alias non valet ꝯ ſecracō. ē. de do. et cō tu. cum olim. d. h autem confirmacio non preceſſit quia idem ē non eſſe quod nullū eſſe. ē. de tranſla. inē corp. patet igitur ꝙ non tenuit ꝯſecracio. d. Firmitatis electiō tamen ꝓpter h non viciatur ſed de nouo petetur confirmacio coram papa. non coram illo qui prius confirmauerat quia ſuſpenſus eſt p annum continuum a confirmacionibus e ꝑorum vt ſequitur et. ē. e. ſi confirmacionem quam exemplificare potes per iſtam vt ibi dixi ſed ſi repērietur electio canonica de nouo confirmabitur vt. ē. dixi. ſ nunquid de nouo conſecrabitur videtur ꝙ ſic per iſtam litteram Credo ꝙ cum carater impreſſus fuerit anime adinſtar epiſcopi ordinantis quem ordinare non poterat puta nō ſuum ſubditum verus epiſcopalis ordo collatus fuerit ſed non eius execucio et ſic intelligam conſecracionem eē nullius firmitatis q̄ ad execucionē ad id ix. q. i. c. i. et. c. ordinacōes et. q. ij. c. i. et. c. epꝫ. ē. de tēp. or. ꝙ trāſlacionem ſm h ḡ illi⁹ ordis ſibi tradit execucio fiat qd no. de renū ci. poſt tranſlacionem ad fi. a In quo ꝓpter hoc dico ꝙ ſi ſolum confirmauit a confirmacione tantum ſuſpenſus ē. ſi confirmauit et conſecrauit ſuſpenſus erit ab vtraq; b Puniatur. ē. de temp. or. trās cum ſi. c Continuum. cedo ꝙ a die confirmacionis incipiet annus ſuſpenſionis a confirmacione a die conſecracionis annus ſuſpenſionis a conſecracionibus. d Suſpenſos repete decernimus qd

In eo tempore. ſi papa prouiſionem cathedralis eccleſie ſibi reſeruauit inhibuit et decreuit nō eſt vidata electio que preceſſerat omnia tamē que reſeruacionem ſequuntur carent effectu Cauſam dedit huic decē. quia vacante bon. eccleſia per mortem bone memorie domini octauiam ipſius eccleſie epiſcopi infra biduum canonica de reſeruacione timentes elegerunt dominum ſcolaſtam bone memorie fratrem ſuum poſt modum papa bonifacius audiens de morte. O. reſeruauit inhibuit et decreuit p⁹ triduum audiuit de electione facta de domino ſcolaſta predicto ſatis gratum habuit ſed ab aſtantibus iuriſperitis queſiuit an ad ipſum an ad archi epiſcopum in ipſius electionis ſpectaret confirmacio qd hic determinat et terminantur per hanc decreta. que no. ē. c. In nouit in fine. d. Cathedralis quid d̄ inferioribus videtur ꝙ in eis locum nō habeat quia ſi de eis voluiſſ intelligi illd̄ expreſſiſſ. ē. de decē. ad audienciam et ad h faciunt omnia argumenta que inducuntur a verbis Contra videtur ꝙ idem ſit in alijs cum eadem ſit in eis racio ergo idem ius ⁊ eſt ſimile quod dixi. ē. e. ex eo ꝙ. Satis poteſt dici ꝙ eſſ ſtandum littere vt in cathedralibus tantum locum habeat decē. nec eſt verum ꝙ ſit eadem racio quia cauſe epiſcopatuum merito connumerande ſunt maioribus cauſis. ē. c. q̄uis in prīn. quod non eſt in alijs et ideo licet iuriſdictio pape ſit preuenta tamen ꝓpter maioritatem ſuā deferentur ad papam in inferioribus vero que non ſic connumerantur maioribus ſufficiet preuendo vnde ex quo p̄ ceſſerat electiō reſeruacionem poterit quicquid faciendum imminet per ordinarium expediri alias graue eſſ ꝙ ꝓpt reſeruacionem que electione; alicuius beneficiati ſequitur neceſſe eſſ alias pro confirmacione papam adire. nec hic equiparabo regulares cathedralibus ſic nec. ē. e. q̄ꝙ licꝫ equipararentur. ē. c. ſi poſtq̄ vnde ſi poſt confirmacioneꝫ abbatis fiet reſeruacō ante benedictionem benedicet ordinarius Hec vera niſi papā aliud in reſeruacōē iuſſiſſ et ſic nō abuſitabo verba nec recedam a litteri. g. Ex qua uis cauſa eciam ex ſola voluntate ſibi enim ſola volūtas

eſt ꝑ ractione de conceſ. preben. ꝓpoſuit cum ſuis concor. ꝑ ¶ Reſeruamus has reſeruationes legati etiam ð later facere non poſſent. j. de offi. dele. deliberatione in pꝛin. g. ¶ Prouiſionem. puta faciendã ex iure deuoluto. ſ. e. q̄ꝙ Nunquid ſola reſeruatio ſine inhibitione ſufficeret dece do ꝙ non ad caſſatõ nem. ſ. de preben. di lectus puniendi tam eſſent qui elegerunt poſtq̄ꝙ reſeruationem ſciuerant eē factam vt ibi et. j. de conceſ. preben. ſi ſoli ꝑ quã decre. videtur ꝙ inhi bitio bene ſufficiat ſi ne decreto hoc verũ ad caſſandum ea que ſcienter poſt inhibiti onem ſunt facta ſed ad hoc vt ab ignorã tibus facta vitientur neceſſarium videtur decretum vt hic. h. ¶ Ignoranter. nota ꝙ decretum ignorantes afficit ſed notare po tes õtrarium ſi enim ig norantes afficeret q̃ re hic additum fuiſſꝫ vel ignoranter ſuper flua ſecundũ ħ vide retur ħ littera. Jn decꝭ to pape dicimus ꝙ ignorantes afficit. j. de conceſ. preben. ꝙ cunctis. i. ¶ Iam ad ſ. ante tempus quo facta fuit reſeruatio Quid ſi eadem die facta fuerint reſeruatio ⁊ electio Di co ꝙ ſi poteſt apparere que pꝛimo puta ꝑ inſtrumenta e lectionis et reſeruationis puta ſi in eis dicatur de die et ho ra vel ꝑ teſtes qui predictis interfuerunt ħ nullum dubiũ ſi autem hoc nullo modo poteſt apparere dico negocium ad papam deferendum vt ſua voluntate determinet per decre. ſ. de ſup. ne. pꝛl. c. ij. cum enim ħ de iure pape queratur quod dubium eſt inferioꝛ ipſo non poteſt ratificare et et ħ cum reſeruauit tantum ꝙ ſi reſuaſſꝫ et duuiſſꝫ preferꝫ datus a papa in eo caſu. j. de preben. ſi a ſede ħ. ¶ Et decre tum nota copulatiue non diſiunctiue ponitur et facit pro hijs que. ſ. dixi. ¶ Vel alia ſi ergo confirmatio ⁊ con ſecratio preceſſiſſent decretum eſſꝫ electi negocium expedi tum ſi autem ſola electio confirmatio ⁊ conſecratio ꝑtine bit ad papam. ſi autem preceſſerant electio et confirma tio tunc ſola conſecratio ad ipſum ꝑtinebit. m. ¶ Effectu. ſi ergo ante reſeruationem electus et poſt reſeruationem confirmatus fuerit non valet confirmatio etiam ab igno

ab epiſcopoꝛum cõ firmatione ac conſe cratione per annum continuum ipſo iure ſic foꝛe ſuſpenſos. ¶ Jtem

Si eo tempoꝛe quo prouiſio nem alicuius eccleſie cathedralis ex quauis cauſa diſpoſitiõ ſeu etiam oꝛdinationi ſe dis apoſtolice reſer uamus. inhibentes ne ad electionem vel etiam prouiſionem faciendam in ea etiaꝫ quomodolibet proce datur et decernentes ſi ſecus ſuper ħ a q̄ꝙ

ſcienter vel ignoran ter attemptatum ex titerit irritum et ma ne iam ad electionem ipſam foꝛſitan ſit ꝑ ceſſum in ipſa preſen ti conſtitutione ſanci mus ꝙ licet reſerua tio inhibitio et decre tum non afficiant ele ctionem vel alia etiaꝫ que precedunt. affici unt tamen vt effectu careant ea que poſt modum etiam ſubſe quuntur ¶ Jtem

Si quis iuſto im pedimento de tentus in electionis negocõ neq̃at intereſſe

